



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 5. Sceleratissimæ filiæ, ex misericordia Dei, brevis & efficax pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

*impiorum* Hæc est ars omnipotentis, è lapi- Matt. 3, 9.  
*dibus filios Abrahæ suscitantis*; hic diuinæ mi-  
sericordiæ fructus, *vocantis ea, quæ non sunt*;  
hæc *dextera Excelsi, de stercore pauperem eri-*  
*gentis*. Cuius, in luculenta historia, & exem-  
plum accipe, peccator, & documentum.

§. V.

*Sceleratissima filia, ex misericordia Dei bre-*  
*uis & efficax pœnitentia.*

Dedit id, ante me, ex idoneo authore,  
Iulius Mazarinus, de quadam puella, quæ Iul. Ma-  
venustate vultus pariter, & juvenilibus ad- zarin. in  
huc annis florens, affinis earum rerum, quas Psal. 50.  
fert adolescentia, malæ educationi, malam p. 1. dis-  
reposuit mercedem. Nam in delicijs, à ma- curs. 10.  
tre, & vitæ licentia, enutrita, nimiam indul- ex lac.  
gentiam eximio dolore compensavit. Itaq; Vitræac.  
assueta facilè flecti, improbo parentis suasu, Cardinal.  
haud ægrè permota incæsto animam pol-  
luit flagitio. Nempe aptum matris suppli-  
cium erat filia peccatum. Quid ergo Agal-  
ma mater (nam hoc illi fuit nomen) nefan-  
di coitus exploratè gnara fecit? Dolorem,  
quem non potuit premere, in verba effudit;  
quibus acerbissimis filia aures identidem  
flagellavit, nefarium ac inauditum crimen  
comperisse se clamitans: facinus vtrique

D d non

non castâ, sed Iocastâ dignum, & flammis  
expiandum ab eâ perpetratum esse: & quæ  
alia muliebris furor suggererat. Filia cri-  
men audaciùs facere, quàm patientiùs au-  
dire docta, scelùsq; suum propalatum acer-  
bè ferens, tollere, cum matre, exprobratio-  
nem statuit. Aberat tunc pater. optima oc-  
casio vindicandi. Igitur, parricidali conatu,  
matri vitam lucisq; vsum, virulento phar-  
maco, aufert. Vbi pater domum redijt, va-  
cuàmque matrefamiliàs inuênit, tam inex-  
pectato casu perculsus, filiam vultu, voce,  
minis iracundissimè obiurgauit. Infelix pu-  
ella vltro citròque malè se verbis acceptam,  
&, quæ metus augurabatur, non ferens, ad  
vltimam desperationē progressa patri quo-  
que, à quo vitam acceperat, vitam adimere  
decreuit. Captatâ occasione, remotisque  
arbitris, ceruicem incæstam parentis sicâ  
abscindit. Facinore patrato, se se in fugam  
dat, asportatâ secum præcipuâ suppellectilis  
parte. In ignoto loco incognita, omni fron-  
tis honore valere iusso, voluptatibus extre-  
mè indulfit. Neque enim aliud supererat,  
quod sperare vellet. Ita diu vitam brutorum  
vixit, verè errans, sicut ovis, quæ periijt. Et  
perijsset, nisi eam summus pastor errantem  
quæsijs-

quæsiſſet. Vagabatur vbique miſera, &, fallendi magis temporis, quàm Numinis placandi gratia, aliquando curioſè in templum intrabat, eo ipſo tempore; quo diuini verbi præco, Dei miſericordiam, vehementi oratione, exaggerauit, addiditque, neminem, vllum eſſe, ſub cœlo, ita profundè peccatorum cœno immerſum, cui ſalutis ſpes ſit intercifa. Affectâ concione, continuò illa, omnem moram exoſa, ad concionatorem acceſſit, atque ex eo percontata eſt: *Num, quæ dixiſſet, omnia de Dei in peccatores benignitate, vera eſſent?* Veriſſima reſpondit ille, eaque, quæ publicè dixerat, pluribus inſuper argumentis confirmauit. Tum illa, *Si, inquit, ita res eſt, uti confidenter aſſeris, te obnixè rogo, Pater, ut excipias confeſſionem meam, ac me a peccatis abſoluas, ut pro me ſias pius interceſſor, apud tantam miſericordiam.* Annuit ille: confitetur illa: quâ auditâ, ſubſtitit aliquanto temporis ſpacio Pater, & cogitare cœpit, qualiſnam pœnitentia eiufce modi peccatrici eſſet præſcribenda? Suſpectum fuit hoc ſilentium puellæ, quæ illico. *Quid hoc, inquiebat, Pater, iam miſericordiam valde extollebas, & nunc videris de ſalute mea deſperare?* *Non ita, non ita,* ait Confeſſa-

426 Cap. XVIII. A Dei clementia amnes-  
fessarius; ô filia, sicut cogitas, sed in tua anima  
bonum opto, ut ad concionem audiendam, cra-  
stino die, iterum te sistas. Quod tibi, pro salutari  
pœnitentia, iniungo. Hac tam clementi pœ-  
nitentiâ intellectâ, atque, ut per eius exigui-  
tatem, cum nefandis flagitijs suis, compara-  
tam, in diuinæ bonitatis potentias immen-  
sitatemque ingressa, tanto, ob peccatorum  
recordationem, dolore vri, atque in tanta  
fuspiria vrgeri cœpit, ut è templo pedem  
efferre non posset, sed illico cœlesti amore,  
vel liquefcens, vel contabescens, animam  
efflaret. Accurrunt ad cadentem homines,  
& adhuc, per mortuæ genas, vberimè cur-  
rentes lachrymarum riuos deprehendunt.  
Nunciatur ea mors Concionatori; qui de-  
functæ animam cœnobij sui Religiosis com-  
mendauit. His ergo, pro ea, orantibus, de  
cœlo eiusmodi vox venit: *Non est opus, ut  
oretis pro ipsa; potiùs ipsa orabit pro vobis.* Hic  
huius tragœdiæ epilogus est; tam citò ex  
lupa agnam fecit diuina clementia, immò  
vel vnica diuinæ clementiæ cogitatio.

§. VI.

*Sceleratissimi parentis breuis & efficax  
contritio.*

Ac ne mulieres duntaxat delicati huius  
amoris